Nullasq motiones appellones ac earum prosequtiones faciend[o] ac praemissa omnia quavis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensiones Fatalitis Juris positione Terrestri bello conuentione ac aliis quibusuis Juris remediis et defensis non subterfugiendo Nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia Mediante

Feria Tertia pridie Dici Cinerum Anno Dni Millesimo Sexcentesimo septuagesimo.

18/II 1670

Litinska seu Czolchanska Winnickiem cedit.

71

Ex Copia

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Premisliensibus Gnosa Catherina Lytinska olim Gnosi Basilii Lytynski cum Gnosa olim Catherina de Szeptycze Consorte eius legitima procreata Filia et eorundem Parentum suorum suo pro interesse Successrix legitima Gnosi Vero Georgii Czolhanski Consors legitima Cum eiusdem Mariti sui Vti tutoris coniugalis et Gnosorum Theodori Jaworski atq Georgii Komarnicki amicorum suorum propinquiorum personaliter assistentium et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum moderatum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam

libere publice ac per expressum requit Quia ipsa de omni et integro Jure suo infrascripto Videlt de Summa Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium ex Summa Quinque Millium florenorum polonicalium se se devolvente per Generosum Marcum de Lytynia Lytynski olim Generosi Basilii Lytynski Filium sui requtis fratrem Uterinum suprascripto Generosa Catherina de ... Mokrecka sui vero requtis Matri modo Obligatorio super certis Sortibus in Villa Hordynia Siekierzyce et Korczalowice Terra et Districtu praemissiensis iacentium et consistentium Coram Actis Castrensium Premisliensium in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo de Triennio ad Triennium ad tenendum assecurata et inscripta in se vero recognoscentem post olim Parentem suam Jure Divino et naturali Successore quam pro Sorte et interesse suo inter alios Consuccessores suos devoluta nec non de ipsa Inscriptione Obligatoria Castrensi Capitanei Premisliensis praemissa latius in se obloquente bonisque illis Summa suprascripta praemissa Cessa oneratis cum parata eorundem bonorum Intromissione Intromissione evictione pacificaque inhucusque per se requtem continuata possessione Cum omni omnimodo Jure Dominio proprietate competentiaque et prorogativa quavis, omnibusque et singulis Inscriptionis olim originalis obligatoriis suique praemissa Cessi Conditionibus punctis clausulis Articulis Vinculis ligamentis ac nexibus generaliter Universis Summam quoque praedicta, ac bonorum Summa eadem oneratorum Utili

tatibus

tatibus, fructibus, Proventibus, redditibus emolumentis Commodis, obventionibus attineng et pertinentibus generaliter Universis Nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogativae per se recognoscentis Suisq Successoribus aut quoquam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsa met recognoscens, tenuit habuit et possidebat, ipsamq concernebant ac eidem Vigore Jurium suorum legitimè serviebant Jamexnunc et defacto Generosis Joanni Petro Michaeli Gabrieli et Catherinae Winnickim. Gnosi Stephani Winnicki, cum Gnosa Magdalena Kraiowska Consorte legitima, sui recognoscentis Sorore Uterina ex Secundo Voto Filiis et Filiae procreatis, ac etiam in futurum, ex eadem Gnosa Kraiewska procreandis eorumq posteris (accepta ab ipso Gnoso Stephano Winnicki Parente pro praemissis plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit et condescendit prout cedit et condescendit per se omneq et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personas praefatorum Winnickich Cessionariorum suorum et ipsorum Posterorum totaliter et plenariè transtulit transfundit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praedictis In quod quidem Jus praesens Cessum Summam ac bona praefata Summa eadem Jureq praedictis Cesso onerata praemissaq omnia per se per se recognoscentis transfusa.

Iam exnunc et defacto coram Officio praesenti eadem praefata recognoscens praenominatis Cessionariis suis et eorum posteris, dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Illem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiosè acceptandam. Per ipsos Generosos Winnickie et ipsorum Successores Possidendam Ius praeus Cessum Summamque bona Summa eadem onerata, omnisque omnia praemissa abcessa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus competentiisque et Prerogativa quavis tenendam habendam et possidendi, illisque quietè et pacificè Utifruendam acad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectens, praemissisque cessi et transfusi Vigore debet et tenebitur Mrahis recognoscens qui se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefatis Cessionariis suis inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorum Successores, in dicto Iure Cesso, Summa ac bonis Summa eadem oneratis, atque praemissis omnibus praemissis Cessis, et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis Status et sexus cuiusvis existentis ex re persona et oc-

casione mi

casione sui recognoscentis, suorumque Successorum tantummodo et non Ultra exorituris in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, teneri, defendere evincere, intercedere et eliberare. Indemnemque eum posteris reddere. Nec non hoc idem Dnus Cedens Cessum Summam ac bona Summa eadem. Iureque praesentis Cessio onerata praemissaque omnia Cedens Cessa, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem praemissa omnia praesens condescensa cuiuis personarum modo quocunque, Idem ex re persona et occasione sui recognoscentis, et suorum Successorum tantummodo et non Ultra factis et facientis Tam etiam a quibusuis Actoribus super eadem praemissa omnia praesens Cessa importatis et importandis Lucris denique et Perlucris Processibusque Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentis, et in quouis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinentis, ac super praemissis omnibus praesens transfusis Idem ex re persona et occasione sui recognoscentis et Successorum suorum tantummodo et non Ultra perductis et perducendis eximenda

re et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Introm̃issionem Statam Coram Officio præsenti admissam in Fundo bonorum præfatorum, Summa eadem præderp abscessa oneratorum, dum per Iudiciales et Ales duos Officiosè requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere. Dataq et admissa eadem possessionem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus condescensorum quomismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere Ipsosq Cessionarios suos et eorum Successores in præmissis omnibus præsentibus transfusis nullomodo iniuriari. Ita Ut ii iidem Cessionarii sui suis cum posteris hoc idem Dus præsens Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata præmissaq omnia præsentibus Cessa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus competentiaq et prærogativa quavis quietè et pacificè præter Inscriptionis Cessionariæ Vigore tenere habere et possidere queat, illisq Uti frui possit Idq sub Vadio similis Summæ Duorum

Millium et Quin-

Millium et Quingentorum florenorum polonicalium per eundem recognoscentem sive eius posteros pro minatis Cessionariis suis vel illorum posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbet. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citata existens Memorata recognoscens sive illius posteri ad Instantiam suprascriptorum Generosorum Winnickich Cessionariorum suorum vel ipsius Successores ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex hunc recessu suprascripto quoad respondendum sese dat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare comparere respondere Vadium praetactum modo praemisso succubitum luere Inscriptioni praesenti satis facere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos Successores ad eam-

dem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Succomum legatione intra Vel extra Regnum seruitio Militari ad munimenta ad Quictorem Vel aliis quibusuis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad quietonem proterea Vltra praedos Officii praesentis Castrensis Premisliensis Terminos dilores sibi non recipiendo Nullasque motiones appellones acearum Exegutiones faciendo ac praemissa omnia pro nis Simplicibus Vel triplicatis euasionibus suspensionibus Fatalitis Iunspraescriptione Terrestri bello conuentioneque ac aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hoc alio quouis modo euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria quinta in Crastino dici Conuersionis

10 Febr 24